GENEROSISSIMO ATQVE DOCTISSIMO

DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

PRAESES.

Quod praesens thema de exceptione implementi non secuti, loco dissertationis inauguralis, cuius conscribendae, superatis in vtroque iure consuetis examinibus, ab illustri ICtorum ordine licentiam accepisti, prae aliis eligere TIBI placuit, varietas opinionum & sententiarum, quibus in vtramque partem instructum est, facile ansam TIBI dare potuit. Fuit etiam materia haec TVA industria eo magis digna, quo frequentior in foro haec exceptio est, quoue maiorem vtilitatis fructum praebere potest, vera ac genuina eius indoles ac natura a TE patefacta. Quam, cum acutissime indagaueris, optime fecisti, quod rei, TVO studio e tenebris vocatae, lumen accendere voluisti. Quemadmodum autem propositum tuum feliciter ad finem sic perduxisti, vt nunquam posthac caliginem offundere queant, qui pennas suas venales litigantibus commodare consueuerunt; ita mirifice gaudeo, qnod singulari TVA & excellenti scientia, signi dedisti satis, nec patriam TVAM, nec academiam GEORGIAM AVGVSTAM, bonarum mentium sterilitate laborare. Gratulor TIBI, quod tanto cum fructu in iuris arte versatus sis, vt temporis bene collocati, publico hoc specimine, rationes reddere possis. Nusquam fortunatior fortuna esse TIBI potuisset, quam quod domestica exempla a venerando DN. PATRE & fratre TVO carissimo. VIRIS

GENE-

GENEROSISSIMIS ET CONSVLTISSIMIS, quae ſequaris, ſumere quiueris, quibus incitatus, vt omnium optimarum doctrinarum praeſidiis, ita iuris inprimis ſcientia animum TVVM indefeſſo & alacri ſtudio ſic exornaſti, vt ex hoc, quo inſtructus a nobis diſcedis, adparatu venerandus DN. PARENS magnum ſolatium reportare, ſingulares quoque iucunditatis fructus COGNATI & AMICI percipere, nec non omnes bene de ciue tam idoneo ſperare CONCIVES TVI queant. Gratulor igitur TIBI de curſu ſtudiorum TVORVM tam feliciter peracto, gratulor de praemio ſummorum in vtroque iure honorum, quod TVAE induſtriae & eruditioni debitum fuit. Pollicetur mihi genius TVVS, fore aliquando, quod auguror, vt DN. PARENTIS fortuna potitus, inclytam Rempublicam Moeno Francofurtenſem, in partibus eius TIBI credendis prudenter ſis gubernaturus. Nihil ergo ſupereſt, quam vt TVAE me memoriae, TVAM autem ſalutem SENATVI POPVLOQVE Francofurtano commendem atque tradam. Vale & mihi fauere perge. Dabam e muſeo, Gottingae die XXVII. Ianuar. A. O. R. cIↃ IↃ CCLI.

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN® Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black

TIFFEN® Gray Scale

© The Tiffen Company, 2007

R G B W G K C Y M

A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19